



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXXVII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß vier seiner Mitschwestern Namens Sotmeister durch Rente im Dorfe Mellin Gedächtnißfeiern für sich gestiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXXVI. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß die Conventualin Mechtilde von Gardelegen durch einen Beitrag zum Ankauf des Dorfes Wendischen Grabenstedt Gedächtnisseiern für sich und die Ihrigen gestiftet habe, am 24. Juni 1360.

In nomine domini Amen. Beneficia piorum propter errorem malignorum non sunt reticenda. Igitur presentium inspectores nouerint vniuersi, Quod Mechtildis de Ghardeleghe, commo-
nialis nostra, pietate mota ob premium eterne retribucionis sui, parentum et omnium amicorum suo-
rum ademit dimidium chorum filiginis officio caritatis nostri conuentus pro tredecim marcis dena-
riorum cum dimidia In empicionem ville Wendelchen Grauenstede persolutis ab amminiftratrice
dicti officii perpetue percipiendum in eadem villa singulis annis In festo Beati Martini de censu
filiginis et tollendum, Que ministrabit ex eo consolacionem quolibet anno perpetuam In festo Beati
Bartholomei Apostoli nostro conuentui. Eciam procurabit candelam ceream duos solidos valentem,
que in vigilia dicti Apostoli debet accendi hora vesperarum et ad vesperam diei festi in extin-
guibili concremari. In testimonium huius beneficii, vt fidelius et diligentius hec consolatio prefer-
netur, Nos Johannes de Buk prepositus et Elyzabeth de Marnholte priorissa pro tempore,
cum consensu nostri conuentus presentem litteram nostris figillis fecimus communiri. Anno domini
M°. CCC°. sexagesimo, In die Beati Johannis Baptiste Natiuitatis.

CXXVII. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß vier seiner Mitschwwestern Namens Sotmeister durch Rente im Dorfe Mellin Gedächtnisseiern für sich gestiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus sanctimo-
nialium in Dystorpe in presentibus protestamur, Quod in christo nobis dilecte walburgis, Mechtildis,
Berta et Mechtildis dicte Sotmeister emerunt in tota villa Mellyn duorum talen-
torum redditus pro viginti septem marcis denariorum Luneborchenium persolutis percipiendos et
exsoluendos in festo Natiuitatis Marie annis singulis in hunc modum, Quod si vna vel due vel tres
de predictis quatuor personis obierint, vltima superviens in toto tollet sicut omnes. Hiis omnibus
defunctis predicta duo Talenta spectabunt ad Officium omnium animarum, De quibus amminiftratrix
dicti Officii perpetuam memoriam in remedium animarum nostrarum ac omnium nostrorum amico-
rum apud predictum Conuentum nostrum Dystorpe in vna dierum Octaue assumptionis marie ju-
giter statuet obseruandam; Et pro vtilitate vel consolatione Claustris et Conuentus predictorum duorum
talentorum redditus in predicta Octoua distribuet, prout melius poterit ordinare. In huius rei eu-
dentiam firmiorem nostris prefens scriptum roborauimus cum figillis. Anno domini M°. CCC°. Sex-
agesimo, In die beati Johannis Baptiste Natiuitatis.